

DISPVATATIVNCVLA  
interiacens.  
RESOLVTONES VARIÆ.

ORNATV S.

**A Navat.**  
**4.14.2.10.**  
Fœminæ ornans & se cum periculo spirituali proximijs  
peccat mortaliter, si faciat ex contemptu. Si tamen sine  
contemptu, vel fine mala intentione ornans, ut pulchra appa-  
reant, etiam si faciat aliquem ex propria malitia, & prava con-  
suetudine peccatum mortaliter, non peccat mortaliter.

**Comm.**  
**DD.**  
Ornans se majori cultu, quam suo convenienti statui soluti  
venialiter & peccat qui autem se splendide ornat secundum  
decentiam sui statut non peccat.

**Comm.**  
**DD.**  
**a Navar.**  
**ubi sup.**  
Religiosa, quia ob levitatem, ut pulchrior appareat, se  
ornat, non & peccat mortaliter, nisi notabiliter cum scandalo  
excedat.

**Comm.**  
**DD.**  
Ornans se animo alliciendi alium ad mortale, mortaliti-  
ter & peccat.

**Comm.**  
**DD.**  
**a Navar.**  
**ubi sup.**  
Ornans se contra morem patriæ venialiter peccat, nisi  
faciat contra legem obligantem sub mortali.

**Comm.**  
**DD.**  
**a Navar.**  
**ubi sup.**  
Fœmina ostentans pectora nuda ut pulchrior videatur,  
non peccat mortaliiter. Sunt tamen qui dicant non esse ab-  
solventiam. Quia autem vestibus cooperitur, ita tenuibus ut  
pudenda interlucet peccat mortaliter, & de viro idem di-  
cendum.

**Comm.**  
**DD.**  
Uti fucco, vel crinibus alienis ad detegendam deformita-  
tem nullum est peccatum.

**Comm.**  
**DD.**  
Cum Confessor dubitat an fœminæ mortaliter peccave-  
rit in ornatu, & ipsa ut desistat nequeat persuaderi, h[oc] potest  
absolviri, sed tutius est doctos consulere.

**Comm.**  
**DD.**  
Si in nimio ornata quis expendat alimenta danda filiis,  
vel quod debet clargiri pauperibus, peccat mortaliter.

**Comm.**  
**DD.**  
Uxor licet i se ornat, ut marito placeat, si non excedat,  
nisi opera ideo præcepta omittat.

**Comm.**  
**DD.**  
Osculum. Vide verb *Luxuria, &c.*  
**a In decreto**  
**Alexandri**  
**VII. 1666.**  
**28 Marti.**  
Non est probabilis opinio, quia sic sit esse tantum veniale  
osculum habitum ob delectationem carnalem & sensibilem,  
quæ ex osculo oritur, fecluso licet pericula confessus ulterioris  
& pollutionis. **DISP.**

DISPVATATIVNCVLA

Præjacentes.

RESOLVTONES VARIÆ.

P.

FACTUM. Vide *Contraclus.*

**P**actum legis commissoriz positum sine fraude usura-  
rum licitum est. Lex commissoria est, quando pignus **a Navat.**  
si non redimatur tali tempore, fit possidentis pro pe-  
**a. 13. n.**  
cunia mutuata. **127.**

PAPA.

1. In eodem puncto ac est electus legitimè confirmatur à **a Navat.**  
**Deo,** & habet omnem plenitudinem jurisdictionis, quam post c. 27. n.  
coronationem, & illam habet immedieat à Christo super om. 1471  
nes Christianos.

2. Papa non habet **b** jurisdictionem super **e**, nec super **b** idem  
suum successorem, neque dat jurisdictionem suo Confessario. **c. 27. n.**

3. Papa nulli hominum & potest subjici quoad personam, nec **c. 165.**  
incurrit excommunicationem humanam, & etiam si **s.** quod & idem  
Deus avertat, incidat in heresim. **ubi sup.**

4. Papa **d** potest multa, quæ sunt de jure naturali, & divino  
restringere, limitare, & declarare. Et Episcoporum potesta-  
**2 Commis-**  
tem ad peccata reservanda restringere, & ab illis reservata  
per se vel altis factores abolvere. **DD.**

5. Potest dare & facultatem, ut fideles religio proprio Pa-  
**2 Commis-**  
rocho cuilibet sacerdoti confiteantur, & quod quolibet anti DD.  
tempore latæ Confessionis precepto satisfaciant Ecclesia. **DD.**

6. Papa aliquid statuens circa beneficia patrimonialia  
Castellæ obediendum est, & contrarium dicere sapit hero-  
**f. Navat.**  
sim Angelicanam. **ubi sup.**

pp

3. Nemo

Papa. Pallium.

594

g Idem 7. Nemo etiam Imperator, & potest beneficiis spiritualibus, vel Ecclesiasticae juris patronatus, vel sua cuiuscumque qualitas, vel conditionis sunt, constitutere, erigere, deltruere, aut tollere, neque in toto neque in parte etiam minimam nisi solus Papa, aut ex eius compositione.

h Ex conc. Later. & Exp. Iov. 8. Papa electio monachis ipso factio est nulla, & sunt tamen qui dicant sententia condemnatoria opus esse.

9. Nulla excommunicatio, vel censura & impedit Papa electionem.

i Navar. 10. Papam peccare non servando legem humana aut sine causa dispensando iurifacit Navarrus. Item quod si antea fuit religiosus, nullum habet bonorum dominum, sed tantum administrationem.

m Comm. DD. 11. Papae quoad spiritualia m subditum omnis humana potestas.

n Silv. verb. Papa 12. Papa ob solam harerem & potest accusari, condemnari, excommunicari, & deponi.

e Vide S. hoc 13. Papam hereticum esse non posse eis qui dicant propter speciem Spiritus sancti assilientiam.

p Antonius p 14. Antonius p ait Papam plura posse, quam nobis, vel ipsi comprehendit.

q Vide S. ubi sup. 15. Potest & esse iudex in causa propria, & secum dispensare in votis, & legem a se vel a suo praedecessore latam revo- care, & obligationem factam homini relaxare, & cuivis be- neficium auferre.

r Idem ubi sup. 16. Ad Papam appellari & potest a cuiusvis sententia.

s. e. in no- mine Domini Do- minii diff. 17. Ad Papatum foli Cardinales s habent votum acutum, passum autem secundum aliquos omnes fideles. Alii autem ex solo Cardinalium gremio esse eligendum affirmant.

PALLIVM.

t. Pallium, quo significatur plenitudo officii Pontificatus, ut titut Archicopipus a Missa Solemni in Provincia, non autem extra Ecclesiam, nec in processionibus, aut aliis, neque id 100, id potest alter alteri commendare.

u. Vide pallium 2. Antequam Pallium accipiat non debet Ordines facere, nec consecrare, nec Ecclesiam & dedicare, nec concilium convocare.

PATRI-

Patrinus, Parenitis.

595

P A T R I N V S.

x. Religiosis prohibitum est a jure patrino esse in Bz- a. Mo- nach. de confit. dif. &c &c. placeit n. 10. q. 1. a. Vide s. hoc verb. n. 1. 5. Comm. DD. e Navar.

y. Parentes in docendo filios orationem Dominicam & si dei symbolum negligentes peccare mortaliiter quidam pro- babiliter & affirmant.

z. Non potest & pater Religiosus fieri, si filii ejus operari- digent.

1. Qui filium alere non potest, & potest illum expone ad hospitali, vel ad dominum Episcopi divitiae expondere autem illis filio necessitate peccatum est mortale.

2. Pater tenetur & iolvere dammum factum a filio de illius pecunia, & defuso solvere, quod ipse justis expendere, vel de- buit jubere.

3. Tenetur f filium alere, & ejus uxorē honestam etiam f Idem sine sua licentia duttam, & filiam dotare sine sua licentia di- ubiq. gno nubentem etiam donec non promissa, si ipsa fu dotare non potest. Certe ei debet legitimam faltern dare, si illa dotem non promisit. Itidemque tenetur avis paternus, & fratres ex eodem patre.

4. Filiam indigne etiam nubentem & tenetur pater alere, & secundum aliquos etiam dotare. Nec non filiam impudicare, e Comiti. si peniteat, alere, & dotare egentem, filiam autem hereti- canis respiciat, non tenetur.

5. Si pater distulit 25. annos habentem filiam in matrimonium dare, etiam si indigne nubat, & tenetur eam dotare, si & Vida illa dotem promisit. Tenetur etiam filiam naturalem padri per- s. hoc rem dotare etiam si sit clericus, qui tenetur etiam spuriis filiis alimenta praifare.

6. Pater potest filio consentiente de illius legitimā rellati, i Idem s. Potest hī donationes remuneratorias & opera pia bona obliuprā, expenderet etiam cum detinente filiorum.

7. Potest m filio repetere, quod coactus est p̄ illo ex- pendere.

8. In extrema necessitate patri prius, quam filio & subven- m 10. q. 19. diendum ei, & praeferendis etiam ckei, cui juratum est a Comi- fabuiri. An vero creditor dubium est, sli aijunt, sli DD. Megant, & affirmativa videtur probabilius, & non dolent qui

Pp z

qui

- <sup>a</sup> Valent. qui dicant uxorem, & filios, & fratres preferendos esse, Pa-  
<sup>a, i., d.</sup> trem vendere ob famam filium quamvis non sit illicitum,  
<sup>q. 20.</sup> nam non est in usu & inter Christianos.
13. An pater possit ob correctionem filium in iacris con-  
 strutum percuteare alii ajunt, alii negant probabilius, & pra-  
 cipue si Sacerdos sit.
- <sup>p</sup> Tole. 14. Mater filium, vir uxorem non q. possunt vendere.  
<sup>q</sup> Silv. 15. Pater filius ex primo matrimonio r. debet omnia lucra  
 verb. emptio- ex illo, non tamen donata ab extraneo etiam iunctu uxoris.  
<sup>r</sup> Vide 16. Pater invita matre non s' potest filium impuberem re-  
 Tol. lib. 1. ligioni offerre.
- <sup>c, i., o, g,</sup> 17. Qui ex iusta causa, & non ex contemptu non vult filius  
 s' s' hoc talium parentum haberi non s' peccat. Injuria vero etiam le-  
 verb. n. vis patri illata quibusdam videtur peccatum mortale.
- <sup>s</sup> Idem 18. Patris nomine v. veniunt ascendentis, & nomine filii  
 ubi supra num. 14. descendentes.
- <sup>m</sup> Comm. 19. In negotiis gravibus potest pater sub obligatione pec-  
 DD. cati mortalisi filii pricipere, hoc tamen hero non licet in  
 famulos, reliquamque familiam.
20. Parentes ob solam avaritiam exponentes hospitali filii  
 um peccant, & tenentur restituere hospitali alimenta.
21. Peccant confundendo matrimonium filio, qui votum  
 continentia, vel religionis emitit.
22. Peccat mortaliter, & tenetur restituere filium indu-  
 cat ad renunciandum legitimam per metum reverentialem.

## PAROCHVS.

- <sup>a</sup> Comm. 1. Tenetur a peste infectis sacramenta ministrare, vel da-  
<sup>DD.</sup> re qui ministret.
- <sup>b</sup> S' hoc 2. Parochialis ad sacramenta in Parochia accipienda  
 verb. est quicunque ibi habitat etiam per modicum tempus, & alio  
 iri illi est incommodeum. Ad solutionem de cimicaria & utilia Parocho ne-  
 cessarium est animum habere ibi habitandi ferre per annum.
- <sup>e</sup> Idem 3. Parochialis Ecclesie defluitur censetur & habere bene-  
 ubi supra ficium simplex.
- <sup>d</sup> Navar. 4. Tenetur a Parochis ministrare sacramenta extra tem-  
<sup>c, i., nu.</sup> pus praecoxi, licet alii id negent.
- <sup>i.</sup> 5. Parochus habet jurisdictionem a jure communis quam  
<sup>e</sup> Comm. sine causa Episcopus impetrare non potest.
- <sup>DD.</sup>

6. Potest

## Parochus.

6. Potest s' esse iudex in causa Ecclesie alio ejus nomine / Commis-  
 agente.

7. Parochus per se, vel per alium g. tenetur celebrare,  
 quando populus tenetur audire.

8. Parochus h. tenetur credere Parochiano affirmanti  
 precepta satisfacte Confessioni, & non debet ad dandam  
 schedulam cogere. Nisi alicubi communis confuetudine ha-  
 beatur oppositum

9. Parochus non sacerdos exceptis his quae ad Ordinem  
 spectant relqua omnia s' potest exercere.

10. Parochus l. potest sacerdoti non impedito concedere, / Comm.  
 quod omnia sacramenta, que ipse Parochus potest, administret DD.  
 excepta Confessione, nisi fuerit ab Ordinario approbatus.

11. Parochus, qui sine necessitate per aliu sacramenta admi-  
 nistrat etiā si refidat, m peccat mortaliter, qui iniustiter re-  
 fidere, id est, ac abesse, & tenetur fructus restituere; licet au-  
 te coadjutorem habere, qui cum aliquando alleviet a labore.

12. Parochus, qui credit se noctu vocandum ad agnum, / Dian. p.  
 non peccat mortaliter secluso scandalo, si secum oleum san-  
 cti domini deferat.

13. Episcopo absente s' potest in jejunio dispensare.

14. Tenetur p. docere, & praedicare de jure divino, & ex  
 vi officii habet ad hoc facultatem, & potest illam approbatu DD.

concionatori concedere in sua Parochia.

15. Tenetur q. intra duos menses a possessione beneficij / Comm.  
 coram Episcopo, vel illius Vicario idem profiteri.

16. Parochialis Ecclesia non est providenda r. nisi per op-  
 positionem, & previo examine.

17. Parochus, qui est in ripa fluminis, quem sine magno  
 vita pericolo non posset transire, & in alia ripa est infor-  
 mis moribundus, qui peteter confessionem, non teneretur  
 flumen transire, quia periculum magno sine fructu infirmi, &  
 cum aliorum Parochianorum damno se exponeret proprii  
 amittendi vitam. Idem dic si eodem periculo, & infirmi in-  
 certo fructu pricipia est transitus. Quid in peste infec-  
 tis non contingit, quia licet magnum sit vita periculum,  
 certa est utilitas infirmi.

18. Parochus qui non curat de disponendis Indis, vel A-  
 thiopibus suis Parochianis ad suscipiendam Eucharistiam in <sup>p</sup> A. cost.  
 vita, nec a morte, cùm in statu i peccati mortalis.

19. Parochus Indorum, qui nō bene addidicit illorū lingui  
 ad confitendum, & ad concionandum, nec curat addiscere, <sup>in manu-</sup>  
 non <sup>script.</sup> est in tua conscientia, & debet pro rata restituere <sup>ubi supra.</sup>

Pp 3

Quod

Quod si propter incapacitatem de profectu deferat, teneatur ad imponere Prelatum, & beneficium renuntiare.

<sup>g</sup> Cosef.  
Lm. act. 1  
cap. 1-5  
<sup>a</sup> loan.

20. Parochi per se ipsis saltet Dominicis, & festis rudimenta Christiana populo tradant.

21. Parochum in aliena diocesi etiam non subditum posse absolvere y probable est.

21. Parochi Indorum, qui sine assensu sui Antistitis Parochiam deferunt, aut ante discordant, quam successoribus rerum Ecclesiasticarum sua cura commissarum rationem redant, eo ipso sunt excommunicati.

25. Parochus non potest dare licentiam simplici Sacerdoti ad audiendas Confessiones suorum Parochianorum, quia post Tridentinum omnis Confessarius debet esse ab Ordinario approbatos.

<sup>4</sup> Idem  
dip. 44,  
num. 14,

24. Parochus sufficiens matrimonio sui Parochiani in aliena Parochia, b peccat contra iustitiam, & contra charitatem; qua licet probabile sit validum esse matrimonium, expone tamen illud periculum irrationis, si forte in re contraria est vera. Idem dicendum de eo, qua afflitis matrimonio facto ob iustum reverentiale.

<sup>4</sup> Comm.  
DD.

25. Parochus sicut obtinens canonicium tenetur c residere in Parochia, & perdit distributiones quoties non servit Canoniciam. Quod si Capellanus est, potest per alium Missarum celebrari etiam in fundatione dicatur, quod ipse celebret: & idem dic de Capellano non Paroco.

<sup>d</sup> Solar.  
lib. 4, de  
Indor. gu.

26. Parochi secularares exigere non possunt iura duplicita pro funeribus eorum, qui in monasteriis religiosorum tumulantur, et enim contra ius commune, & Regium.

her. o. 12,  
e. o. de hos  
de celib.  
Miss.

27. Parochis non licet in celebratione Missarum pro defunctis amphoram aqua pro amphora vini, vel paleas pro tritico supponere. Arg. e. de hos de celeb. Miss.

<sup>f</sup> Comm.  
DD.

28. Parochi non est f prohibitum proprios agros, & vienes colere & fructus vendere, quia hoc non est negotiari.

<sup>g</sup> Concl.  
Limen.

29. Parochis Indorum non debetur g stipendium pro comitatu incensario, cymbalorum pulsatione & similiis, quia lege Regia, & Limensi concilio prohibitum est.

<sup>4</sup> Comm.  
DD.

30. His qui in agro degunt, & domum in urbe habent, Parochus in cuius Parochia est domus, debet h sacramenta administrare.

31. Parochi officium habent potest elegi in Confessarii, um sine alia approbatione.

32. Hortum malorum pupicorum, pomorum, platano- rum & similium serere, & colere, & horum fructus

vendere non est Parochis i prohibitum.

33. Parochus in suis absentibus diuorum mensium à concilio concessis, & in aliis ab ordinario sibi concessis / potest Vi- carium nominare, qui debet ab Ordinario approbari.

34. Parochus cui non dantur portiones decimales tene- tur pro Parochianis Dominicis, & festis diebus sacrificium offere, sed m potest stipendum accipere, & pro eo qui filii alii.

35. Cum piores Parochi sunt in eadem Ecclesia sufficit manu quod hebdomadarius Missum pro populo offerat.

36. Parochus exactiore qua possit cura debet o inquirere an baptizatus sit ille, de quo aliquomodo dubitatur, & quod e. P. Quintum cum sit probabile dubium, iterum illum sub conditione de fingit, baptizare quod ni faciat, peccabit mortaliiter.

37. Qui beneficium curatuum habent, non possunt sibi eli- geri in confessarii simplicem iacerdotem non approbatum ab Ordinario. p

## PARTICIPATIO.

1. Novem modis a dicitur quis particeps esse in peccato <sup>a</sup> Comm. alterius: Jubendo, consulendo, contentiendo, laudando, DD, recipiendo, adjuvando, non impediendo, occultando, non manifestando.

2. Participans peccato non semper incurrit b censuras, & Comm. nec obligationem restituendi, quas principalis author incurrit.

## PARS.

1. Pars sine additione a intelligitur medietas, secus si dicitur aliqua pars.

## DISPUTAT. I. SECT. PRIMA. RESOLUTIONES VARIE.

### P A U P E R T A S.

2. Religiosus nullius rei proprietatem habere a potest in particulari, & usufructus, & ius utendi illius pauperi dicatae. a. non tari contradicit. Nec simplex rei usus ei licet sine expressa superioris licentia vel tacita.

pp. 4

2. Qui

i Comm.  
DD.

i loan.

Andr. in

e. cum ea

de elec-

lib. 6, &

alii.

as P. Mc-

nach, in

trip.

a. Idem

ibidem.

e. P. Quint.

cumque sit probabile dubium, iterum illum sub conditione de fingit, 1. fin.

7. In deec.

Alexande.

VII. anno.

1605. 24.

Septemb.

- ¶ VIII. 10.  
2. 12. 15.  
dif. 2.  
2. Comm.  
DD.
2. Qui rem, qua uitur abscondit, ne paterat Prelati occulis, & violat hoc praeceptum.  
3. Non e potest religiosus rem vendere, aut commutare, vel alio modo alienare sine expressa, vel tacita licentia Prelati, sine qua nec cibi portionem potest dare. Nec tacitam licentiam videtur habere cum à Prelato interdictum ne quis aliquid ex triclinio deportet.

4. Qui habet superflua in cella ex Prelati consensu, non peccat contra votum, sed contra decentiam sui status, & haec superflua si sunt valde pretiosa, & divitium secularium proprii peccabat mortaliter, & illius Prelati rei consentitur scelens ejusdem.

- ¶ Trid. 6.  
2. de reg.  
c. 2. Vide  
R. Azor.  
1. p. lib. 4. 2.  
q. 6.
5. Administrare bona aliena, & Procuratorem, & Advcatum, vel Vicarium Episcopi, Profectum Xenodochii & similia agere, etiam propter stipendum cum licentia Prelati non est contra paupertatis votum. Estamen prohibitum in multorum ordinum constitutionibus, quia militem Deum non decet secularibus se immiscere negotiis.

*AN RELIGIOSI* sive viri, sive feminis possint habere annos redditus ad sua necessaria?

- ¶ Abb. 2. p.  
conf. 4.  
num. 4.  
f. c. de vi.  
du. 17. q.  
2. 1.
6. Si habent cum Prelatorum licentia, & non est contra paupertatem, nec contra Tridentinum.

7. Religiosi Ordinum militarum f possunt recipere, quod illis assignatum est ex magna Capitulari ex suis beneficiis.

*AN RELIGIOSI* qui aliquid sibi usurpat ex bonis communione, vel alterius usi rei habent peccat, & restituere tenentur?

8. Quia aliquid sibi usurpat ex bonis, conventus sine Prelati licentia peccat, & furturn commitit, & si materia est gravis mortaliter, & si levis venialiter.

9. Materia ad mortale sufficiens bellum fortis ablatum à Seculari est mortalē, quando religiosus sibi usurpat aliquid, cuius usum aliis religiosis habebit. Si autem fortis ablatum sit ex bonis, communioris major quantitas requiritur, ea scilicet ob quam filius familiæ peccaret mortaliter, unde qui usum gallinam communioris furaretur ut ipse mandaret, non vero ut seculari donaret non peccaret mortaliter.

10. Quia unica indigena Prelatum admovit, & ille noluit dare cum haberet communias, si ipse clam surripiat, non i peccabit.

11. Qui furatur à communitate aliquid, vel ab eo, qui usum haberet illius tenetur restituere, vel reddendo, quod absulit si durat, vel si confunditum est, pretium æquivalens, vel ex rebus, quarum usum ipse cum licentia habet, vel industria, aut arte aliquid acquirendo, vel alio modo licito.

AN

*AN RELIGIOSI* legit donationes facere.

12. Prelati religiosi m possunt, imo & tenentur ex super flui facere elemosynas, & aliquando ex necessariis, sed moderat. m Navare  
conf. 5. n.  
9. de flat.  
min. lib. 8.

13. Si facient sine iusta causa donationes exorbitantes, peccant graviter, & restituere tenentur ipsi, & donatarii.

14. Officiales, ut coquus, & ciborum dispensator parum a Molina vini, & frumenta panis, & similia donare n possunt, nisi specia- to. 2. de lem à superioro habeant prohibitionem. In quo recepta O. just. disp. dñis confutudo servanda est.

15. Religioso qui utilium librum in lucem edit o potest li- centia concedi, ut consanguineis pauperibus, vel de sua re- Comm. ligione bene meritis aliquid donet.

16. Subditi religiosi donari non possunt sine Superioris li- centia expresa, vel tacita, & hanc consentir habere, cum ei- 9 Sanchez  
annus redditus conceditur, vel aliud ad alimenta cum con- de matt.  
ditione, ut mil ultra petat, quod reservaverit donare o pote- lib. 6. disp.  
xit, sed non ob turpem finem; talis enim donatio est ipso jure ubi supra nullus, etiam si habet ex bonis ipsi à contingueis donatis.

17. Religiosi facultates habentes à Prelatis, & suo la- bore acquista in sua necessitates inserviant, quia eis super erint, & poterunt donare, sed non in malum finem.

18. Religiosi, qui sua licentia donat, qui habet ad suum usum aliquid extraneum, & tenetur ab eo repetere, vel alio quo potuerit modo restituere in sapra diximus.

19. Cum religiosus aliquid sibi donare volenti perfur- det, ut amico vel consanguineo illud donet, / non facit con- f Comm.  
tra paupertatem, sed contra charitatem Ordinem illa dona- DD.  
tione privando, nisi excusetur iusta causa majori proximi ne- cessitati subveniendo; sed in nostra Societate hoc sine licen- tia est sub præcepto prohibutum.

20. Religiosi Societas nostræ habentes facultatem acci- piendi elemosynam, si stipendum praefaciens faciendis accipi- pant, & à clericis petant, ut illa facta faciunt, possunt sibi o Comm.  
DD. talem retinere pecuniam; quia hoc nihil aliud est quam à clericis elemosynam recipere.

21. Religiosi nostra Societatis prohibitum n est sine li- centia accipere aliquid pretio estimabile dandum alteri in elemosynam; si autem ipse non petat & non tuo, sed dantis nomine illud det pauperi, non videtur facere contra prohibi- tionem.

22. Licit Societatis regulæ ad nullum obligent peccatum, des in  
vota tamē ex se & obligant submortali, nūl excusent inā- tract. de  
veritatis, vel levitas materia. P p. 5 23. Quid pauper,

¶ P. Mo-  
nachio in  
manu-  
scrit.

P. R. n.

¶ Comm.

23. Quod religiosus quoquo modo acquirit statim sine re-  
ligionis, & de illo sine licentia expresa, vel tacita non potest  
deponere, quod si donet, donatarius restituere tenetur.

¶ Comm.

24. Cum religioso nostra societatis iter agenti datur viati-  
cum, quod supererit in tunc confecto & reddendum est Superiori,  
nec potest in ulla alia re sine expressa licentia infumere,  
etiam si talis pecunia ei suillet à consanguineis donata.

DD.

25. Qui ex uno collegio professor est in aliud sine licen-  
tia praefensis superioris, nihil potest petere, nec accipere etiā  
si intelligatur alterius collegii superioris id ratu esse habitu-  
ru. Poterit a tamen in ipso itinere ubi non habet Superiorem  
cum animo manifestandissimum & tradendi suo superiori.

¶ P. II.

dep. Rod.

ubi lupta.

¶ Comm.

DD.

¶ Resolu-

tiones

ante selec-

tio fuit

ex P. II.

dep. Rod.

der. tr. de

paupertate

te,

26. Qui in sua, vel in Procuratoris custodia cum licentia,  
nummos habet ad transcribendos codices in nullum alium  
usum b potest de illa pecunia disponere.

27. Sicut religioso prohibitum est sine licentia dare &  
accipere, sic etiam mutuo dare, & accipere. In rebus autem mi-  
nimi etiā tacita, & generalis licentia res habitas ad usum per  
breve tempus commodare, ut librum, scapas & similia, & in  
hoc religionis consuetudo est servanda.

28. Depositia exterorum aedificiendi recipere religiosis  
non licet sine licentia, ea autē quibus cū licentia utitur, bene,  
potest apud alium religiosum domesticum depone, & ipse  
depositum habere, & cultuere: depositum autem habere rem  
aliquam apud extraneum est contra paupertatis votum.

29. Non potest religiosus etiam cum licentia Superioris,  
nec ipse aliquid infumere in rebus illicitis profa-  
nis, vel superfluis, quia est prohibitum per sacros canones.

30. Officialis, qui dat plus, vel minus, melius, vel deterius,  
quām intelligit voluntate eius Superioris, facit cōtra hoc votū.

31. Sicut qui malitiosē res religionis dissipat, ita qui ex  
incuria culpabilē defrui, vel deteriorari permittit graviter  
peccant, & licet res sint minima, minimum damnum sepe  
repetitum sit grave.

32. Societas nostra religiosi debent advertere, quod  
multa, quae in aliis Ordinibus propter tacitam superiorum li-  
centiam sine peccato sunt, nobis nondicunt, nec fieri possunt  
sine letali criminis. Aliis conceditur accipere vesces, & cal-  
camenta, dare & accipere librum, & similia, nobis autem  
est interdictum sine expressa licentia.

33. Aliis licet pecuniam accipere ad emendos libros, dum  
modo illos habent animo parato ad liberam Superiorum  
dispositionem. Nobis autem hoc non licet, quia in nostra re-  
ligione non est ad hoc interpretativa licentia.

34. No-

34. Non sufficit ad hanc interpretativam licentiam cer-  
to scire quod Superior illam est concessurus, sed necessarium  
est prudenter judicare superioris voluntatem in eo casu fo-  
re, quod res talis sine licentia fiat.

35. Qui pecuniam recipit ad distribuendam determinatis  
personis nomine alterius, non facit contra votum pauper-  
tatis. Si tamen sit nostra societatis religiosus, facit contra re-  
gulam, & contra praeceptum à nostro Generali impositum,  
ne hoc sine licentia fiat.

36. An hoc praecepto comprehendatur, qui accipit pe-  
cuniam ab alio, ut det quibus voluerit Sacerdotibus pro fa-  
ceris faciendo. Vixum est viris doctis non esse contra praecep-  
tum, sed contra perfectionem regulæ, quæ omnes subditos  
rum actiones vult subordinatas esse superiori.

37. Religiosus qui aliam pecuniam, amici videlicet, libros  
emit, & illis uitio non in abscondito, si dominium apud a-  
ccum maneat non peccat, quia in aliis Ordinibus ad hoc  
est tacita licentia. In nostra autem Societate illū citum, quia  
talis usus est pretio estimabilis, & nostris sine expressa licen-  
tia non licet.

## SECTIO II.

## Variae resolutiones circa Paupertatem.

1. Pauper sua debita incerta potest sibi in partem vel in to-  
tum applicare maximè ex Confessoris consilio.

2. Religiosi qui esculent, vel poculenta minimi valoris  
sepe sibi usurpant, esti res Prælato displiceat, non a video-  
tur peccare mortaliter.

3. Qui Superiori cubicula visitante aliquid abscondit non  
metu amittendi, sed ob verecundiam b non peccat mortaliter  
in religione, in qua ad id accipiendo tacita solet esse licen-  
tia.

4. Religiosus sumens aliquid ex loco publico ad utendum  
per aliquot dies animo illud reddendi, non peccat e contra e Com-  
munitatem.

5. Qui rem petit vel accipit animo petendi licentiam, &  
non utendi re nisi post facultatem obtentam, non a peccate e Com-  
munitatem.

6. In nostra religione non licet religioso depositam apud  
se vel apud alios habere alienam pecuniam, ut cum indigu-  
erit illa uti posse, etiam cum licentia Superioris; licet e aliis ubi sepius  
temporalis religiosi.

a Sanchez  
apud Dia.  
p. 1. art. 6.  
ref. 34.

b Diana  
ubi supra  
ref. 31.

c Sanchez  
apud Dia.  
p. 1. art. 6.  
ref. 34.

7. Ad ref. 47.

7. Ad accipienda comestibiliis, ut par perdicium, vel gallina-  
rum, alii ordinibus solet esse interpretativa licentia, in no-  
stra nequaquam, & ideo sine expressa licentia non sicut.

8. Abbatissa respectu monialium sibi subditarum idem g-  
poteat quod ali superioris respectu subditorum.

9. Religioso h- potest legatum relinquere ea conditione, ut  
nil monasterio acquiratur, non tamen ut illud independent-  
ter habeat a superioris voluntate.

10. Licitum e- est legare fratribus Minoribus pro infirmis  
curandis, pro fabrica, conuentus, pro Ecclesiis ornamenti, i-  
mo & legatum relinquere ad vitam aliquius fratris Minoris.

11. Religiosus inprovisus mortuus, qui inventus est in cella  
habens finit licentia ipeculium, non est privandus Ecclesiasti-  
ca sepultura, potestenim habuisse illud aliquo modo licito,  
quem necimus.

12. Religiosus si Societate si pro ministerio aliquo stipendi-  
arium accepit si sit superior, si materia sit gravis vix a pecca-  
tibus, vi- to mortali potest excusari, quia licet directe non sit contra  
de eius votum, est tamen contra voluntatem superioris, nec ipse ge-  
manuale nerals potest in eo dispensare; recipere autem comestibiliia  
in tract. de licet sint pretiosi, que gratitudinis gratia solent concionato-  
ribus donari nullum est peccatum.

13. Qui arcum clavem clausam habet licet in ea nihil contra  
voluntatem superioris habent, si faciat in licentia, rem val-  
de scrupulosam facit, seculo rame scandalo non est pecca-  
tum mortale.

*AN SIT CONTRA statutum fratrum Minorum habere an-  
nuos redditus, vel Missarum memorias.*

14. Reditus annuus, qui computatur inter bona immo-  
bilia, ut censu, & similia non licet. Minoribus habere annuas  
autem eleemosynas habere licet etiam in testamento legatas,  
qua nostris dominibus professis nisi sunt perpetua, repugnare  
non videntur.

15. Non possunt fratres Minores tot 25 tanta legata ad-  
mittere, ut mendicare oltatum opus non sit.

16. Missarum annua legata, qua restatores Minoribus re-  
linquent, ut à testamentaris executioni mandentur licita-  
sunt, & possunt Minores judicem adire, ut cogat testamentari-  
rios ad exequendas, non ut actores, sed ut moatores.

17. An vero possint accipere legata annuo reddituum  
pro fabrica Ecclesia, pro sacra sua, pro infirmitaria ex ipsi Fran-  
ciscanis? D. alii ajunt, ali probabilius negant, dicentes haec  
legata solum recipi posse per modum annuarum eleemosyna-  
rum.

f Contra  
regul.  
g Comm.  
DD.  
h Comm.  
DD.

i Omnes  
hos fe-  
quentes  
causis in  
eradicati-  
mo Pelli-  
zar. in  
manual.

rum. Vide Bull. Clem. VIII. de larg. munera. Vide Sanctorum no-  
strorum de matr. hb. 6. disp. 4. m. 7.

18. Religiosus qui habet facultatem disponendi de tot num-  
bris, si illos donet cōcupisca peccat mortaliter, & illos secun-  
dum probabiliorē sententiam restituere tenetur.

19. Non ledit paupertatem regularis, qui imprimit libros  
& vendit, quia non emit, ut vendat, quod est mercaturam ex-  
ercere, sed imprimit ob bonum commune animatum, quod  
Deo gratum & hominibus valde utiliter est.

## DISPVT. II. SECT. I.

### RESOLUTIONES VARIÆ.

#### PECCATVM.

#### DE DEFINITIONE PECCATI, ET quotupliciter posse committi.

1. **P**eccatum e- dictum factum, vel concepitum contra legem  
Dei, ex a Augustino, vel ex D. Ambrolio. b Peccatum est a Aug. 1:  
transgressio divina legis, & inobedientia caelestium mandato-  
rum.

2. Si non esset lex, non e- esset peccatum, quod tamen est con-  
tra naturale lumen rationis est contra legem Dei, & pecca-  
tum nisi forte esset ignorantia invincibilis.

3. Peccatum mortaliter, qui facit, desiderat, vel decernit ali-  
quid quod mortale peccatum est nec Non qui consentit, de-  
terminat, vel jubet.

4. Peccatum mortaliter, qui sub conditione dicit: Hoc pecc-  
atum mortale facrem, si vires mihi supereterent, nisi bono-  
rum temporum iacturam timerem. Secus vero si dicat, hoc  
facerem si peccatum non esset.

5. Qui autem ob mecum peccatum temporalis, vel eterna o-  
mititur peccatum, non determinatus ad illud, non s' peccat.

6. Qui iudicans aliquid esse peccatum mortale, vel dubi-  
tans an vel non, illud facit, & peccat mortaliter, etiam si  
vere non sit peccatum.

*AN SIT PECCATVM delictum mortalia in opere peccati.*

f Comm.  
DD.

g Vill. to. 1  
h art. 7.  
i art. 1.  
j art. 1.

k Comm.  
DD.

l De-

7. Delecatio non in ipso peccato, sed in subtili modo illud  
faciendo non est peccatum, nec quae non est morosa.  
8. Delecatio mortis de mortali est mortalitas, & de venialis  
venialis.
- I*esus de 9. Cum quis plene advertit delecatiōnem & neq; consen-  
just. & iur. tit, neq; dissentit sine iusta causa, peccat / latēm venialiter.  
*L*et. 10. Qui delectatur moroso in adulterio non advertens in-  
dub. 11. juriam, sed solum querens delecatiōnem, peccat m morta-  
līte, sed secundum *V*asquez non peccat peccato adulterii.  
in mate- 11. Cū opus habet duas malitias, illas etiam n̄ habet de-  
grā gravi- lecatiō morosa.  
sed con- 12. Delecatio morosa in rebus prohibitis solo iure positive  
traria vi- deatur pro- non est peccatum mortale.  
babilit. 13. Qui delecatiō moroso nec consentit, nec dissentit  
*m*Comm. propter studium, vel aliam iutam utilitatem non p̄ peccat.  
*D*DD. *Q*UID SIT VOLUNTARIUM?
- N* D. Th. 14. Ubi non est voluntarium, peccatum esse non p̄ potest.  
2. q. 2. 15. Voluntarium est, cujus principium est intus cum co-  
gitatione finis.  
*p* Comm. 16. Ut omisso sit voluntaria, tria requiruntur, quod scili-  
*DD.* citem facere tenetur, & quod possit, & non facias.  
*August.* 17. Cum lex rem iubet, & in voluntate hominis est facere,  
diff. t, con- vel non facere, illud dicitur voluntarium.  
tra Ma- 18. Voluntarium aliud in se, cum rem ipsam peccaminis  
nich. a. q. 6. art. 1. sum volumus; aliud in causa, cum rem volumus, ex qua pec-  
ciderit ubi art. 2. cum sequitur; aliud directum, cum ad rem principaliter  
sup. art. 3. dirigimus intentionem; aliud indirectum, cum malum sequi-  
tur, eo quod aliquid quod debet, ac potest non facit.  
19. Aliud est formalē, quando res in se directe amatur, aliud  
est in interpretativum, quod fit per ignorantiam culpabilis;  
¶ Vide c. 2. Unde 2. aliud virtuale, quando quis vult illud ex quo fit ut pluri-  
mum tale clamant lequi.
- Q*UANDO ad culpam imputandas est effectus fecitura cau-  
sa voluntaria?  
20. Qui fecit, vel fecire debuit se obtiūm hominem interfe-  
re. *D*. Th. 1. cūsum secundum probabilitē sententiam non peccat  
2. q. 2. 3. cūm interfici, sed cum se mebriat, quia tunc virtualiter vult  
homicidium.  
21. Cum quis misit sagittam contra inimicum, & ante i-  
tum fecit, & ita voluntarem, effectus x non est voluntarius  
¶ Azor. 1. formaliter, sicut tamen virtus autem ante refractationem, & ju-  
tis. 6. 7. tis, cūsum secundum.

22. Peccatum aliquando potest remitti sine dolore formali. *y* Comm.  
23. Peccatum contra Spiritum sanctum est irremissibile,  
non quia non remittatur, sed quia quantum in se est exclu-  
dit remedia aliorum peccatorum. *x* Comm.  
24. Peccatum veniale numquam est licitum, *y* etiam ob *Comm.*  
vitandam mortem. *DD.*
- V*NDE SVMATVR gravitas peccatorum?  
25. Peccata quodam sunt alii graviora, & eorum gravitas  
principiū sumitur ex objecto, unde perjurium quod imme-  
diat est contra honorem Dei gravius est homicidio. *b* D.Th.  
ubi sup.  
26. Peccatum, quod majori virtuti opponitur ex sua natu-  
rae gravius est. *c* Comm.  
27. Peccata spiritualia ex sua natura graviora sunt car-  
nalibus, hac autem sunt infamora. *d* Greg. 31.  
28. Peccatum fit gravius aliquando propter causam. *e* Comm.  
29. Intentio voluntatis aggravat peccatum, sed non est *f* D.Th. u-  
circumstantia necessaria contendit, aggravatur etiam per a-  
lia circumstantias. Vide verb. *Circumstantia*.  
30. Damnum secutum ante præsumum aggravat peccato-  
rem. *g* Vill. Ro.  
Et quod nec præsumit, nec intentum, si fuit negli-  
gentia, imputatur ad culpam, & ad peccatum. *h* Idem u-  
31. Damnum, quod natura sua sequitur ex peccato, illud *i* D.Th. u-  
aggravat hanc culpam.  
32. Peccatum fit gravius ratione persona in quam pec-  
catur, & ratione persona peccantis. *j* Comm.  
*D*E DISTINCTIONE peccatorum inter se.  
33. Peccata specie distinguuntur per objecta, alia sunt  
carinalia, alia spiritualia. *k* Vide D.  
Th. 1. 2. q.  
34. Non distinguuntur per causas activas, seu motivas, sed  
finales, *m* cupiditas enim radix est multorum peccatorum, *n* Idem  
que per illam non distinguuntur. *o* Idem  
ubi sup.  
35. Alia sunt contra Deum, alia contra proximum, alia  
contra ipsum peccantem, & specie distinguuntur. *p* Comm.  
36. Pecca diversa, *q* que propter diversa peccata infligun-  
tur non faciunt ea specie distincta. *r* Comm.  
37. Peccata confusione & omissione specie per distinguuntur. *s* Comm.  
38. Cum lex auctum non transfert ad diversam virtutem, di-  
stincta praecēpta non faciunt *t* peccata specie distincta, nec *u* Vill. ubi  
habent distinctas malitias. *v* sup.  
39. Cum in die Dominica creditus obligans ad audi-  
endam Missam, qui illam non audit, unum tantum peccatum  
committit & secundum probabilitē sententiam. *w* Vill. 3.  
40. Franciscanus non obediens Prelato, facit / una peccatum *x* ab ipso.  
cum

cum triplici malitia. 1. Contra religionem, 2. Contra obedientiam, 3. Contra specialem regulam praeципientem sub mortali.

41. Peccata alia r. cordis, alia oris, alia operis, & cum sunt operis non sufficit confiteri solum defiderium.

42. Quæ sunt ex superabundantia distinguuntur specie ab his, quæ sunt ex defectu. Distinguuntur ut etiam specie per circumstantias.

<sup>a</sup> Comm.  
DD.

<sup>a</sup> Comm.  
DD.

## SECTIO II.

### DE PECCATO VENIALI, ET QVOMODO DISTINGUITUR A MORTALI.

<sup>a</sup>Vide D. 1. Peccatum à mortale est mors spiritualis animæ, veniale autem infirmitas illius.  
Th. 1,2,4.  
<sup>b</sup> 2. Vill. ubi sup. dif. 1,1. Peccata venialis vocantur in facris litteris absoluta peccata mortale autem per antonomasiam.  
<sup>c</sup> Idem 4. Peccata c. venialia alia ex genere, alia ex levitate materie, alia exactius imperfectione.  
d D. Th. 1,1. 5. Veniale non distinguitur à mortali ex opere præcisè, quod sit veniale, differat tamen moraliter.

#### AN PECCATUM VENIALE SIT CONTRA LEGEM DEI?

5. Est præter legem, & contra legem in diverso sensu. Præter legem obligantem ad mortalem, & contra legem obligantem ad veniale.

<sup>d</sup> QVORVM MALGRVM SINT CAUSA PECCATUM MORTALE: & VENIALE?

<sup>e</sup> D. Th. 6. Peccatum mortale s' privat hominem gratiæ, & omnium malorum tam praesentis, quam future vite radix est, & origo atq. art. 9. & est malum maximum.

7. Peccatum mortale g. mortificat omnia opera bona præ-

terita, & quæ de morte sunt nihil de condigno merentur, sed tantum de corpore.

8. Per peccatum mortale fit homo ex filio adoptivo Dei

misericordiæ Diaboli mancipiatus eterni signibus adductum addi-

ctum, & à humana defectu gloria exharadatum.

9. Peccatum i. veniale nullum ex his malis causat. Vitanda-

munt sunt, quia Deo offensia, quia ad mortalia insinuant, &

servotent charitatis extinguunt, & quia de omnibus etiam

levissimum ratio Deo sedenda est, & gravissimum sunt iuenda

peccata.

<sup>f</sup> Min.

10. Minimum peccatum veniale, quia i. est malum culpe. <sup>g</sup> D. Th. 1. Malus malum est omni malo peccate tam hujus, quam alterius <sup>h</sup> part. 48, vitiæ; nec potest esse parvum malum, quod infiniti boni Dei offendit est, & ideo totis præcordis vitandum, & quam maximo odio prosequendum est.

#### QVOMODO DIGNOSCENDUM PECCATUM MORTALE A VENIALI.

11. Quod est contra amorem Dei, & proximi in re grave est m. mortale, quod autem in re levi est veniale.

12. Peccata venialia propter acutus imperfectionem difficulter posse dignoscari.

13. Motus subiti, qui dicuntur primo primi non sunt a peccata.

14. Alteratio, repræsentatio, & judicium, quæ extra confessum eveniunt, peccata non sunt, neque ideo opus bo- <sup>i</sup> Vill. ubi sup. n. 48

pne peccatum venialiter. <sup>j</sup> Com. 2, DD. 2.

## SECTIO III.

### VARIAE CIRCA PECCATA resolutiones.

1. Peccatum perictum factum est involuntarium secundum quid, est tamen a peccatum.

2. Ex actu malo interiori, & exteriori unum peccatum fit <sup>k</sup> Com. in genere moris, licet plura sint in genere entis.

3. Peccati reatu est obligatio ad peccatum propter mortale aeternam, & propter veniale temporalem. <sup>l</sup> Navar. prælud. 7.

4. Peccatum d. aliud est originale, quod est carentia iniustia originalis, quæ transfusa est ab Adam in posteros per virtutem femininam. Aliud est actualis, quod per actum proprium contra legem Dei contrahitur. <sup>m</sup> N. 2, DD. 2.

5. Peccatum factum ex confidentia veniale levius est. <sup>n</sup> Navar.

6. Gaudere de effectibus bonis ex peccato consecutis pec- <sup>o</sup> f. 6. catum non est. <sup>o</sup> f. Com.

7. Quilibet Sacerdos g. potest à peccato veniali absolvere, <sup>p</sup> Com. nisi ei sit specialiter prohibitus. DD.

8. Peccatum veniale h. potest remitti non remissio mortali <sup>q</sup> Navar. secundum Navarrum. <sup>r</sup> Com. 2, n. 7.

9. Qui causam culpabilem omissionis, vel commissionis debet, & voluntatem retractavit, sufficit quod causam confiteatur.

<sup>2</sup> Comm. tur.

DD. 10. Captivi Christiani remigantes in triremibus Turcicis Contra- rum ad Christianos devastandos non peccant; quia talis remigatio materialiter se habet ad damnum inferendum. Nec peccant si ob matum gravem bona Christianorum diripiunt.

11. Non excusat mā peccato, qui voluntarie subministrat ea, quā proximē necessaria sunt ad peccatum, ut qui scalam admoveat ad surandum.

7 act. 18.

12. Famulus in dicētū ministrans carnes domino ad edendum non peccat.

<sup>n</sup> P. Azor. apud Dia. ubi supra ref. 13.

\* Diana p. 5. str. 7. rect. 6.

13. Ob matum gravem mortis, vel vulneris peccatum non efficit amissio depingere amicam. Idem dic de famulo, qui literas amatiorias verba turpia continentis ad concubinum dominii deportat, vel eam deducit ad dominum illius, vel illum adjuvat, ut per fœderām ingrediatur ad eam, ob metum gravem excusabitur; non vero ob communem rationem famularius. Hoc alii negant, & P. Sa. vix posse à peccato excusari dicunt.

<sup>p</sup> Sanchez apud Dia. causa; nisi ratione situs majorē peccandi præberet occasio-

nem.

<sup>q</sup> Sanch. apud Dia. ubi supra ref. 13.

14. Meretrici licet p. domum locare, si non sit alia specialis causa; nisi ratione situs majorē peccandi præberet occasio-

nem.

15. Non q. est peccatum resistere inspirationibus divinis ad consilia fraudentibus, cīttamen quādam indignitas speciālium auxiliōrum Dei.

16. Facere ea quibus uti potest benē vel r. male, et si ut plu-

r. Comm. rimū sit occasio peccandi, an sit peccatum aliū ajunt, alia DD. probabilitus negant.

17. Peccato alterius ad bonum uti possimus, ut mutuum sub nomine accipere ab eo qui paratus est ad dandum.

18. Mandatum Tridentini faciūm facer doti sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali confitendi quamprimum,

<sup>r</sup> Com. est præceptum, quo confituntur.

Alexand. 19. Neque illa particula quamprimum intelligitur, cum fa-

